

mus, in nostram et apostolice sedis gratiam recipimus et ad honorem famam card^{lis} dignitatem pileum ac omnes etiam sacros et presbyteratus ordines ac munus consecrationis et usum pallii quo ratione ecclesie Ostien. uti potest necnon camerariatus nostri officium ac Ostien. Conchen. Lucan. et alias cath^{les} etiam metrop^{nas} ecclesias necnon monasteria etiam consistorialia titulos ac beneficia et officia ecclesiastica cum cura et sine cura secularia et quorumvis ordinum regularia cuiuscunque qualitatis, etiam si de iure patronatus laicorum etiam nobilium et alias qualificatorum existerent, et ad illorum possessionem necnon regressus accessus ingressus facultates ac fructuum reservationes et alias pensiones ac iura privilegia et indulta et alias gratias et concessiones ac facultates etiam testandi necnon beneficia ecclesiastica conferendi... et bona mobilia et immobilia eidem Raphaeli card^{li} ante huiusmodi privationem quomodocunque debita et pertinentia necnon in pristinum... statum preterquam titulum s^{ti} Laurentii in Damaso ac vocem activam et passivam tam in electione Rom. Pontificis quam aliis actibus..., decernentes nihilominus quamcumque electionem tam activam quam passivam, quam de persona ipsius Raphaelis card^{lis} pro tempore forsitan quomodolibet fieri contingeret, nullam invalidam irritam et inanem ac nullius roboris vel momenti existere necnon presentes litteras quoad hoc vim specialis et perpetue constitutionis habere donec aliud a nobis quoad huiusmodi vocis prestationem decretum fuerit, auctoritate apostolica tenore presentium restituimus et plenarie reintegramus... Quocirca ven^{bus} fratribus nostris Ariminen. et Asculan. ac Spoletan. episcopis per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios presentes litteras et in eis contenta quecunque ubi et quando opus fuerit ac quotiens pro parte dicti Raphaelis card^{lis} super hoc fuerint requisiti solemniter publicantes eique in premissis efficacis deffensionis presidio assistentes faciant eum restitutione repositione reintegratione decreto et aliis premissis pacifice gaudere, non permittentes eum desuper per quoscunque quomodolibet indebite molestari...

Tho. de Binis.

Archivo secreto pontificio, Regest. Vat. 1203, f. 15^b f.

45. El Papa León X á Francisco I, rey de Francia ¹

Roma, 3 Agosto 1517.

León X recomienda para un canonicato de Paris á Joannes Cunsel unus ex iis pueris cantoribus, quos clar. mem. Aloisius rex predecessor tuus superioribus annis ad nos misit. Dice que él es et sua arte, in qua multum quotidie proficit et grato in nos servitio dignus commendatione et premio.

Dat. Romae 3 aug. 1517, p. n. a. 5^o.

Orig. *Archivo nacional de Paris*, L. 357.

(1) Cf. arriba, p. 115.

46. Paris de Grassis sobre el Cardenal Rafael Riario ¹

De rev^{mo} card^{li} s. Georgii decano collegii... Postquam rev. cardinalis s. Georgii ex castro s. Angeli reductus ad consistorium et ibi absolutus a poena in qua condemnatus et privatus fuerat ut supra scripsi, ipse semper mansit in palatio in altis cameris supra cameras papae, unde aliquando et ad placitum suum veniebat ad papam et similiter cum eo colloquebatur amice et domestice ac etiam cum papa extra palatium et sine eo nunc cum isto cardinali nunc cum alio per prata et suburbanas vineas spatiabatur semper se obedientissimum exhibens, ita ut papa gratiosius magis quotidie sibi videretur, et accedente festo s. Augustini, cuius ordinis ipse est protector, papa concessit ut simul cum aliis cardinalibus multis iret ad missam illius diei solemnem et sic ivit et rediit ad palatium papae simul cum aliis palatinis cardinalibus licet diceret ipsum potuisse accedere ad palatium suum per illam diem; deinde cum papa per mensem et ultra recessisset extra urbem ad Viterbium et loca illa ut sui moris est qualibet aestate spatiari, etiam concessit eidem cardinali ut secum iret si vellet et sic ivit cum aliis venantibus et aucupantibus. Deinde papa dedit sibi licentiam ut ad urbem si vellet rediret etiam ad palatium suum diverteret prout divertit, ubi pro me misit ac enixe rogavit ut si possem eum adiuverem, scit enim me esse amicum, servitorem et tantum sui honoris cupidum sicut alium quemcunque affinem suum ac etiam quia scit qualiter papa mihi fidem praestat et auctoritatem citra iactantiam loquendo. Itaque ego cum primum papa fuit reversus accessi et caute loquendo de variis dixi sibi, quod ex quo consistorium publicum in proximo instabat pro receptione trium novorum cardinalium et card^{lis} s. Crucis qui debebat dicere missam in die omnium sanctorum tanquam episcopus cardinalis non volebat eam dicere quia ipse erat decanus collegii sed bene volebat in publico consistorio benedicere novos cardinalis sicut alios benedixerat et me respondisse sibi quod ex quo card^{lis} s. Georgii est reversus ad domum suam et iam ivit cum cardinalibus ad missam s. Augustini et simul cum aliis cardinalibus interfuit receptioni cardinalis Grossetani qui accessit ad papam Viterbii existentem, quod nunc si dictus cardinalis s. Georgii excluderetur a consistorio et ipse non benediceret istis novis cardinalibus quod profecto fieret sibi iniuria et quod ego credebam quod papa non esset ita turbatus contra cardinalem ipsum ut ipsum excludat, quo autem ad missam omnium sanctorum si ipse cardinalis s. Crucis non vellet eam cantare quod ego dicerem papae ut eam consignet card^{li} s. Georgii episcopo Ostiensi qui eam cantabit libenter ut credo. Itaque cum ego omnia haec narrata per me cardinali s. Crucis retulisset papae ipse dixit mihi me optime dixisse cardinali s. Crucis et quod ex quo cardinalis s. Georgii prudenter et humiliter in omnibus se exhibebat quae papa

(1) Cf. vol. VII, p. 187.

ei impossuit quod vult ut omnino veniat ad consistorium publicum et faciat officium benedictionis super cardinalibus novis et non alius et quod etiam volebat quod idem cantaret missam in die omnium sanctorum tanquam amicus et conciliatus secum si modo ipse cardinalis vellet cantare. Itaque mihi papa imposuit ut irem et haec eidem cardinali referrem prout retuli, qui ita contentus et laetus fuit ut me pluries amplexus fuerit cum mille osculationibus et acceptavit cantare missam pro quibus duabus gratiis agebat infinitas gratias S. S^{ti} prout ego reversus ad papam exposui ac etiam subdidi quod S. S^{tas} posset eundem cardinalem restituere ad vocem activam et passivam vel saltem ad vocem consultativam in consistorio secreto, papa subdens dixit me esse parum expertum in talibus quia nullus cardinalis haberet in consistorio vocem decisivam nisi papa et quod cardinales habent solum consultativam quia papa quando aliquid proponit dicit nos sic intendimus facere et cardinales respondent placet et similia et sit risit me dimittens cum aliquali spe quod infra pauca consistoria remitteret ei votum activum et passivum. Haec sic ad longum volui scribere quia tuta curia fuerit admirata de liberatione ista tali quali et praesertim quod ego fuerim is qui ita simpliciter conduxerim factum istud.

Paris de Grassis, *Diarium, en la *Biblioteca Rossiana de Viena y Archivo secreto pontificio*.

47. Salvoconducto del Papa León X para Juan Heitmers ¹

Roma, 30 de Noviembre 1517.

Leo Papa X universis et singulis patriarchis, archiepiscopis, episcopis ac quibuscunque in dignitate ecclesiastica constitutis, presbyteris et clericis nec non ducibus, principibus, baronibus, comitibus, nobilibus, officialibus, communitatibus, hominibus, et particularibus personis inclytarum nationum Germaniae, Daciae, Sueciae, Norwegiae et Gothiae, ad quas praesentes pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem. Republicam litterariam diu antea periclitantem et pene intermortuam, a quibusdam vero annis citra reviviscentem volentes Deo propitio fovere, ut non modo praesentibus verum et posteris litterarum specimina et ornamenta conserventur atque amplificentur indeque studiosorum animi ad praeclara ingenii monumenta inflammentur, duximus quosque illustrissimos libros ac probatissimos utriusque linguae auctores undique conquirendos esse, ut in lucem editi studiosis ipsis commodo et splendori sint. Certiores itaque facti, quam plurimos vetustissimos libros in diversis locis provinciarum et regnorum praedictorum non sine ingenti rei litterariae iniuria occultatos esse eosdemque a studiosis omnibus desiderari, idcirco destinamus illuc inpraesentiarum dilectum

(1) Cf. arriba pág. 211.

filium Iohannem Heytmers de Zonuwen ¹, clericum Leodiensem commissarium nostrum, ut bibliothecas omnes dictarum provinciarum et regnorum perlustret, librosque huiusmodi omni quidem studio et diligentia conquirit et illos vel eorum exempla ad nos transportari faciat. Quare devotionem vestram et imprimis charissimum in Christo filium nostrum Maximilianum Romanorum electum Imperatorem semper Augustum paterna hortamur charitate et maiori quo possumus studio et affectu requirimus, ut pro nostra et huius sanctae Sedis reverentia atque virtutis et doctrinae intuitu velit dictum Iohannem commissarium nostrum benigne recipere sinceraque in Domino charitate tractare ac permittere, ut quascunque bibliothecas ingredi possit; eidem, si ei videbitur, de opportunis salvis conductibus providere; demumque in exsequenda huiusmodi commissione nostra circa tam laudabile opus ita favere atque adesse, ut, quod nos de re litteraria ac commodo et ornamento studiosorum omnium mente concepimus, idipsum auctore Domino perficere valeamus. Offerentes nos ipsos quadocunque [sic] paratos ipsorum commodis, quantum cum Deo possumus, privilegiaque, indulgentias et alias ingentes gratias concessuros, prout nonnullis aliis tali causa moti sponte et liberaliter iam concessimus. Detentoribus autem et occupatoribus huiusmodi librorum et ad nos et dictam Sedem illos mittere indebite recusantibus atque scientibus detentores et occupatores huiusmodi et non revelantibus sub excommunicationis poena latae sententiae, quam ferimus in his scriptis et a qua nisi per nos quemvis absolvi posse volumus, districte praecipientes mandamus, quatenus visis praesentibus dictos libros vel exhibeant vel manifestent, ut censuras et poenas praedictas effugiant ac de obedientia et promptitudine sua a nobis et dicta Sede atque ab omnibus litterarum studiosis merito commendari et ab Deo bonorum omnium remuneratore immortale praemium sperare et consequi possent. Et ut facilius et citius dictus Iohannes commissarius noster praemissa exsequi valeat, damus per praesentes ei facultatem substituendi unum vel plures ad praemissa et quodlibet praemissorum cum pari aut limitata potestate illosque revocandi et ab eisdem rationem gestorum et administratorum exigendi et cogendi, super quibus plenam ei harum serie concedimus facultatem et potestatem. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo piscatoris die ultima novembris MDXVII, pontificatus nostri anno quinto,

Sic signatum Iacobus Sadoletus.

Iohannes Heytmers commissarius pontificius harum litterarum vi communicat aliis litteris huiusmodi potestatem Iohannem [sic] Eydem priorem et pastorem in monasterio Helmershausen ordinis S. Benedicti, ut omnes per Saxoniam, novam et veterem Marchiam, Hassiam vicinasque circumquaque ditones bibliothecas publicas privatasque, omnes etiam cathedralium ecclesiarum, monasterium et collegiorum inspiciat,

(1) Zonhoven, en la provincia belga del Limburgo.

bonos auctores conquirat etc. Litterae datae sunt in monasterio Corbeiensi dioecesis Paderbonensis a. 1519, 30 martii.

Cop. ex archivo Erfordensi a. 1677 descripsit A. Overham. Coll. III¹.
Biblioteca de Wolfenbüttel.

48. Paris de Grassis sobre la procesión para evitar el peligro de los turcos, del 14 Marzo de 1518²

Dominica die de rosa fuit processio sanctissima et devotissima ad quam Papa exivit hora decima tertia, et ego interrogavi an deliberasset omnino ire sine planellis et sine sotularibus et levato pede ostendit mihi se esse in scapinis absque sotularibus et absque planellis quod ego illico intimavi cardinalibus ex quibus multi idem illico fecerunt: seniores vero et qui male sani erant veniam a Pontifice petierunt et sic ut prius remanserunt. Pontifex paratus benedixit rosam ut alias et eam pedester portans ad cappellam parvam consignari feci uni clerico camerae, qui ab inde ad ecclesiam de Minerva portavit ante papam. Papa autem facta oratione ante sacramentum in cappella parva cantavit ex libro letanias devotissime et cum fletu irrigante a principio Chyrieleison usque ad versum sancte Paule ora pro nobis et cum dixit versum sancte Petre geminavit illum tum surgens et procedens semper cantoribus cantantibus respondebat per eosdem versus plena voce idem dicens prout illi cantabant, quod cardinalibus et praelatis significavi, et ipsi similiter fecerunt et dixerunt, quae fuit maxima devotio: cum pervenit ad altare Sancti Petri genuflexus reassumpsit versum 'ut regibus' etc. prout supra et cantavit devotissime; tum finitis per cantores letaniis incepit papa 'veni creator spiritus', et sic surgens venit ad plateam et per vias omnes usque ad Minervam in quibus viis erant 15 altaria equis spatiis distantia inter se, plena sanctissimis reliquiis, ante quae singula papa in terra pulverulentissima genuflexit cum omni devotione non expectans cussinos aut tapetia sicut mos est in talibus. Bone Deus quantus populus utriusque sexus est, non credidsem fuisse tantum populum in tota Italia; et quidem omnia loca plena devotionis et pietatis. In scalis sancti Petri erant ex officialibus digniores et ut processio papalis pertransibat, sic ipsi officiales sequebantur ordine quisque suo usque ad portam Minervae, ubi conservatores cum senatore expectarunt et acceperunt baldacchinum quod fuit de ipsis sic ordinatum ne fieret aliqua rixa cum oratoribus ut mos est eorum. Papa in ianua osculatus est crucem, aspersus et incensatus est et quia ante chorum hinc inde erant quatuor tabernacula vid. salvatoris, sanctae Mariae Maioris, sancti Ioannis Baptistae et Sanctae Mariae in Porticu, papa ut prius in nuda humo devotissime genuflexus diutius oravit ante unamquamquam imaginem, et non accepit in ianua rosam ne impediretur propter illam in orationibus,

(1) Tuvo la bondad de comunicármelo mi difunto maestro y amigo el Profesor Floss de Bona.

(2) Cf. vol. VII, p. 219-220.

perveniens ad altare oravit; tum divertit ad claustrum fratrum in quo parumper moratus mutavit camisiam et revestitus est ac ad missam rediit cum rosa in manibus; eam missam cantavit cardinalis Cavalicensis cum orationibus quinque videlicet de rosa, de sancto Spiritu, de nimis pressuris, de pace et contra paganos; elevato calice retraxit se celebrans ad cornu epistolae, ubi genuflexus mansit quoad papa similiter genuflexus cantavit devotissime versiculos et orationes ut infra, quibus finitis papa retrocessit et continuata est missa usque ad finem, et data benedictione papali electus Carpentaratensis, qui erat secretarius papae, venit quidem in cappa oraturus, sed papa voluit quod esset paludatus et mitratus orans: sicque sermo factus est quamvis multum non intellectus propter exilitatem vocis naturalis, ab aliis alioquin doctus et eo finito cardinalis de Farnesio prior diaconorum in cappa sua ut erat accepta bulla e manibus papae ivit ad pulpitem ubi nuper ille oravit et stans legit ex minuta contentia bullae super expeditione contra Turcas qua bulla finita papa cantavit Tedeum laudamus et in fine versiculos infrascriptos cum oratione ut ibidem; et haec quidem facta et dicta sunt omnia me ordinante sic ut supra: et cappellam paravi inter tribunam principalem hinc et chorum fratrum inde, sic ut ad altare esset adherens cancellis tribuna et solium papae esset versus sacristiam, cardinales hinc a solio inde ad altare, subsellia praelatorum versus cappellam sancti Thomae Aquinatis, versis illi renibus et alia more solito et erat hora xx sonata quando haec finita sunt...

Paris de Grassis, *Diarium. *Archivo secreto pontificio.*

49. Antonio de Beatis á Isabel marquesa de Mantua¹

Roma, 1 Mayo 1518.

...Intorno la Magliana se son fatte di bellissime cacie et con gran piacere di sua Sta che in vero el sig^{re}² ha ultra quantità de cani et tele cinque monterì excellentissimi, a li quali el papa prima che retornasse da la Magliana fe donare xxv duc^{ti} doro per uno et un confessionale, et tra li altre fere³ che morsero in la dita Magliana ce ammazaro un cervo grossissimo serrato in le tele in pochissimo loco, dove el papa intrò ad piede con lo speto a la mano e in laetra lo occhiale...

Orig. *Archivo Gonzaga de Mantua.*

50. El Papa León X á Lorenzo de' Médici, duque de Urbino⁴

Roma, 28 Mayo 1518.

Duci Urbini de promotione electi Metensis. Ex nobilitatis tue litteris quas ad nos de honore di. fi. Io. electi Metensis misisti cognovi-

(1) Cf. arriba p. 128.

(2) El cardenal Luis d'Aragona, que tenía allí su villa llamada «Decimo».

(3) Ms.: sere.

(4) Cf. arriba, p. 360.

mus et tuam etiam quidem, sed illius christianissime et nobis huicque sancte sedi omnibus necessitudinum vinculis coniunctissimi Regis summam voluntatem, ut eum ipsum Io. ad amplissimum ordinem cardinalatus advocaremus, tantumque honorem quo nullus a nobis tribui maior potest in homine illo et nobilitate et virtute eximia predito collocaremus. Quod etsi arduum ac difficile hoc tempore nobis videbatur propter tibi non ignotam in eo ordine patrum multitudinem, cui ampliorem numerum adiacere multo honestius erat ut recusaretur, quam ut per nos a sacro collegio peteretur, tamen nostra constans et perpetua voluntas isti clarissimo regi in omnibus quoad licitum sit gratificandi eiusque desyderia ceteris rationibus omnibus anteponebimus, ut omni auctoritate ac studio nostro hanc rem in secreto nostro consistorio et proponeremus et venerabilium fratrum nostrorum cum voluntate obtineremus. In quo cum nobis et nostre orationi ipsius Io. electi familie splendor generisque nobilitas longa serie a Lotharingie ducibus alte repetita, eiusdemque et fratris ipsius nobilis viri Antonii virtus fuit adiumento, tum verum, ut de voluntate ac precibus carissimi in Christo filii nostri [Francisci] hoc a nobis magnopere postulantis fides venerabilibus fratribus nostris per nos est facta, sine ulla ulterius difficultate et mora et nobis presentibus et isti regi absentibus a cunctis facile et libenter assensum est. Itaque eum hodie in eodem consistorio Deo auctore cardinalem pronunciamus. Quod statim volumus nostris litteris nobilitati tue significare ut cognoscere posses id quod tamen multo antea cognovisti, nihil esse tan arduum neque tam difficile, quod illius amicissimi regis causa nobis non planum et facile videatur. Itaque in iis que illi grata sunt aut etiam erunt, nec amoris nostro modum nec liberalitati sumus posituri nec vero dubitamus, quin in eadem ille erga nos et hanc sanctam sedem futurus sit voluntate; postulat hoc animi, postulat honoris ipsius amplitudo, in altero ut nobis mutua benevolentia respondeat in altero ut sibi glorieque sue nihil magis convenire arbitretur quam sedis apostolice dignitatem amplam atque honestam velle et ut ita sit omni opera curare; sed de his erunt partes tue reducere ei in memoriam quam simul illius nomini et honori dediti. Nos insignia huius summi honoris quo predictum electum Metensem affecimus ad te missuri sumus, ut per te regi assignentur, et de eius auctoritate honestiori iam et clariori vertici ipsius Metensis imponantur. Tua vero nobilitas diligenter ac celeriter quas ad ipsum regem quasque ad dilectum iam filium nostrum Io. cardinalem Metensem litteras scribimus curabit reddendas. Datum Rome 28 maii 1518 anno sexto.

Archivo secreto pontificio, Arm. 44, tom. 5, f. 167—168.

51. El Papa León X á Vasili, gran príncipe de Moscou ¹

Roma, 4 Junio 1518.

Leo episcopus servus Dei. Dilecto filio nobili viro Basilio magno totius Russie et Moschovie principi potentissimo salutem et apostolicam ben. Sumus prepositi a Domino Deo nostro per illius inscrutabilem providentiam universo generi fidelium suorum. qui sunt vocati ad repromissionem vite eterne, ut pastoris vigilis vel potius pii pastoris amore atque animo illorum salutem sedulo procuremus quae cum in duabus rebus maxime consistat, ut pacem inter se et caritatem conservent et ut ab impetu et rabie infidelium Christi hostium defendantur, nos utramque hanc curam perpetuamque sollicitudinem animo gerentes et nunc quidem precipue immanissimorum Turcarum maximis successibus, quantum Dominus concesserit, cupientes obsistere, ne illius potentia in generalem perniciem non solum Christianitatis verum etiam aliorum quorumcunque hominum evadat, elegimus dilectum filium Nicolaum de Schomberghe [sic] ordinis predicatorum, cuius hominis virtuti ac prudentie plurimum confidimus et quem ad magnas res tractandas adhibere sumus soliti, nuperque ad carissimos in Christo filios nostros Cesarem, Francie, Hispanie, Anglie Reges misimus. Et nunc iterum ei mandavimus, ut ad ipsum Cesarem et ad te aliosque nonnullos reges et principes se conferret tecumque alia quaedam et ut arbitramur ad tuum quoque honorem et commodum unionemque Christianarum rerum ac sectarum pertinentia consilia nostra nostro nomine communicaret. Hortamur igitur nobilitatem tuam in Domino et pro affectu animi nostri erga te valde requirimus, ut eum libenter et amice audiens nos ipsos tecum existimes illo loquente loqui eamque fidem illi habeas, quam nobis haberes. Et si quid animum tuum movet, quem et nobilem et generosum esse intelleximus, nostra in te paterna benivolentia, qui, quod cum tuo incremento dignitatis et salute tua perpetua fiat, cupimus vehementer, et Deum tibi et te illius sanctissimae fidei esse propitium, in illis, quae tecum comunicaverit, et promptum te et benivolum ostendas, quod erit nobis summopere gratum. Datum Rome apud sanctum Petrum anno incarnationis dominice millimo quingentesimo decimo octavo, pridie nonas junii, pontificatus nostri anno sexto. Albergatus.

Archivo secreto pontificio, Regest. Vat. 1194, f. 225.

52. El Papa León X al príncipe de los Tártaros ²

Roma, 4 Junio 1518.

Leo episcopus servus serv. Dei. Illustri Tartarorum principi timorem divini nominis et amorem. Etsi id quod maxime cuperemus non-

(1) Cf. vol. VII, p. 223.

(2) Cf. vol. VII, p. 223.

dum factum est, ut simus tecum non solum humana sed celesti amicitia conjuncti, tamen cum assiduas preces ad Deum et Dominum nostrum fundamus ut te talem et tam aegregium [sic] principem ad suorum electorum numerum aggregare dignetur, spem habemus in illius infinita clementia, nos te aliquando simul cum multis maximis Christianitatis regibus carissimi in Christo filii loco habituros. Sed donec quidem hoc divinum nobis advenerit bonum, nihil prohibet interea, quin, que communem nobis tecum securitatem et salutem adversus nimiam et cupiditatem et potentiam Turcarum principis contineat, humana inter nos amicitia jungamur. Nam et tu is princeps es, sicut intelligimus, ut et prudentia et virtute polleas, et nos tales esse cupimus, ut, amicitia nostra tibi et ornamento esse possit. Quare hoc animo volentes, eligimus dilectum filium Nicolaum Sconbeghe [sic] ordinis praedicatorum, cuius hominis virtuti et prudentie plurimum confidimus et quem ad magnas res tractandas adhibere sumus soliti, nuperque ad carissimos in Christo filios nostros Cesarem, Francie, Hispanie, Anglie reges etiam misimus, et nunc iterum ei mandavimus, ut ad ipsum Caesarem et ad te aliosque nonnullos reges et principes se conferret, tecumque alia quaedam, ut arbitramur, ad tuum quoque honorem et commodum, ut speramus, pertinentia consilia nostra nostro nomine communicaret. Hortamur igitur et pro affectu animi nostri erga te valde requirimus, et eum libenter et amice audiens, nos ipsos tecum existimes illo loquente loqui, eamque fidem illi habeas, quam nobis haberes. Quod erit nobis summopere gratum et tibi ut quotidie magis cognosces salutare et honorificum. Datum Rome apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominice millesimo quingentesimo decimo octavo pridie nonas junii, pontificatus nostri anno sexto. Albergatus.

Archivo secreto pontificio, Regest. Vat. 1194, f. 226.

53. El Papa León X al Dominico Francisco de Ferrara¹

Roma, 24 Junio 1518.

Sane non absque animi nostri displicentia accepimus, quod nonnullae ex monialibus sub cura et secundum instituta fratrum praedic. congregat^{is} Lombardiae degentibus obedientiae iussum detractantes propria temeritate, aliae vero pretextu indulgentiarum apostolicorum ad falsi suggestionem concessorum ex monasteriis, in quibus professionem emisissent regularem, ad alia etiam non regularia loca se transferre seu verius apostatate presumpserunt, hactenus et in dies presumunt in animarum suarum periculum et monasteriorum predictorum detrimentum. Debe proceder contra eso. Dat Romae 1518 junii 24, p. n. a. 6.º

Sobrescrito: Francisco de Ferrara vicario generali ord. praedic. congregat. Lombardiae.

Orig. Archivo público de Milán, Autogr. III.

(1) Cf. arriba, p. 358.

54. El Papa León X al cardenal Rafael Riario¹

Roma, 28 Junio 1518.

León X le da permiso: die crastina, que erit festivitas beator. Petri et Pauli, in maiori altari Basilice principis Apostolorum de Urbe missam et alia divina officia etiam in presentia nostra celebrandi...

Archivo secreto pontificio, Regest. Vat. 1194, f. 235.

55. Baltasar Castiglione al Marqués de Mantua²

Roma, 5 junio 1519.

...Qui se parla più che d'ogni altra cosa di questo futuro imperio, et opinione de molti è che non debba cascare ne in Francia ne in Spagna, pur ogni cosa è in confuso. Li Francesi non parlano si largamente di questo come facevano prima. Monsig. della Rochia è gionto qui dui di sono, ma non ha parlato a N. S^{re} prima che questa matina e per quanto dimostra la sua instructione, la quale è venuta dui di prima delle mani del papa, che esso sia gionto, non porta altro se non che el Christianissimo se condole con N. S. della morte del duca Lorenzo con tutto el cuore et oferisce a Sua B^{ne} el stato, la persona, etc., e quando a quella piaccia di exaltare qualchun altro della casa sua, mostra volerli dare ogni aiuto possibile; potrebbe essere ch'egli habbia qualchaltra commissione a bocha più secreta, la quale io insino a qui non ho intesa. Dicesi che la armata del re catholico per mare molto grosso è uscita del porto de Carthagine indrizata alla via de Sicilia e sopra di questo variamente si ragiona...

Orig. Archivo Gonzaga de Mantua.

56. Baltasar Castiglione al Marqués de Mantua³

Roma, 17 Agosto 1519.

El Papa apresurarà su partida de Roma, especialmente por causa de la muerte prevista del cardenal Luigi de' Rossi, el quale a questora sta in transito... El principio del suo male è stato gotta ne anchor troppo acerba et egli sopragionto un poco di febre con flusso e debilità di stomacho che in un tratto gli ha levato tutta la vertu⁴. Alchuni dicono che è stato veneno, ma io non lo credo e più presto estimo che li medici non intendendo la sua infirmità l'habbino ammazato come fanno anchor molti altri...

Orig. Archivo Gonzaga de Mantua.

(1) Cf. vol. VII, p. 187.

(2) Cf. vol. VII, p. 263.

(3) Cf. arriba, p. 88.

(4) = virtù.

57. Baltasar Castiglione al Marqués de Mantua¹

Roma, 19 Agosto 1519.

...Questa mattina circa alle hore XIII el card. de' Rossi è passato all' altra vita; una sua buona abbatia che è in Flandra estimasi chel card. Salviati l' haverà; un altro assai buon beneficio che credo sia in Savoya haverà monsig. de Medici. El Papa demonstra grandissimo despiacere et ha pianto e piange e dice publicamente che la morte del fratello e quella del nepote non li dolsero più di quello che se habbi fatto questa...

Orig. *Archivo Gonzaga de Mantua*.

58. Baltasar Castiglione al Marqués de Mantua²

Roma, 27 Agosto 1519.

A questi dì essendo morto monsig. rev^{mo} de Rossi N. S. se ne ha preso grandissimo fastidio per il quale S. St^a parve che se alterasse un poco di doglia di testa e turbatione di stomacho et ad alchuni medici parve che un giorno non fosse senza febre, pur el dì drieto non fu niente...

Orig. *Archivo Gonzaga de Mantua*.

58 a. Angelo Germanello á Isabel, marquesa de Mantua³

Roma, 19 Febrero 1520.

...In Roma per adesso non se intende altro de novo, omneuno attende ad le feste; la zobia grassa fo facta la festa de agone et fo uno bellissimo spectaculo; se armarono tucte le arti con el populo de Roma et se partecero de Capitolio con undeci carri triumphali con varie insignie tucti in ordinanza; el primo carro havea lo insignie de una Italia, da poi con intervallo de gente armate li subseguiva el carro con la imagine della dea Isis, dea de la terra in colosso facta ad similitudine de uno simulacro de dicta dea, che ha el papa in la sua logia antiquis^o et bello; da poi era el carro de Neptuno innudo con el tridente in colosso; el quarto era uno Herculi, che duceva molti homini catenati; el quinto era uno Atlante con la sphaera in le spalle; el sexto era Eulo, dio de li venti, el septimo Vulgano con li sui ministri Piragmon, Brontes et Steropes, l' uctava era el Venere con una Roma de sopra; el nono era uno Alexandro magno ad cavallo in lo suo bucefalo in figura de uno gran colosso; el decimo era uno mondo con una vipera de sopra, lo undecimo una lupa, el XII et XIII in altre figure tucti intervallati luno dal altro et in colossi; da poi subseguivano gente armate et a piede et ad cavallo con li ioculatori secundo se usava in li triumphi antiqui. Subseguivano circa cento pucti

(1) Cf. arriba, p. 88.

(2) Cf. arriba, p. 88.

(3) Cf. arriba, p. 139.

benissimo vestiti ad l' antiqua et velleribus niveis et festa fronde revincti, tucti pieni de perle et de altre cose pretiosse ad cavallo in bellissimi cavalli falarati ad l' antiqua et coperti de pelli de lupo, cervieri la groppa dedicti cavalli per la maior parte et de altre bellissime coperte et omneuno havevano li staffieri ad la sua livrea et erano menati ad mano doi camelli vivi jovenecti li quali novamente son stati donati al papa et molti belli cavalli et subseguivano molti altri adolescenti ad cavallo in mirabili cavalli et procedevano molti cavalli bardati. Li ultimi erano quatri cavalli bardati con barde et sopraveste tucte de broccato, da poi subseguiva el figliolo del s^v Joanzorzo Cesarino et lui et tucto el cavallo con sopraveste de broccato et portava lo stendardo de lo populo Romano et el senatore con uno gran manto de broccato et con lu capuccio in testa pur de broccato et li andavano ad lato li conservatori pur vestiti de broccato et li precedevano molti cavalli coperti con molti soni de tamburi, trombete et altri instrumenti et andarono tucti de directo dal Capitolio al castello dove era el papa et passarono in borgo per fine ad la piazza de san Piero et retornaro in agone molto tardo et fo uno nobiliss^o spectaculo de una gran gente et una gran pompa et referto de molto più cose che io non scrivo. El card^{le} de san Vitale, el quale ha la sua casa che responde in agone, fece quel dì uno belliss^o et nobile pasto, dove intervennero vinti cardinali per posser da poi veder la festa, ma poco ne gustarono, quando arrivò in agone era iam nocte. Hoie è stata facta la caccia de doi thori in Capitolio; uno de li thori ha ammazati doi homini; domane se fa la festa de Testaccio. Se io ho fastidita la V. Ex^{ia} con queste cose li scrivo ultimo quella se degnarà admetterne la scusa et ascriverlo al tempo per essere de carnevale.

Rome XIX feb^{ri} MDXX.

Orig. *Archivo Gonzaga de Mantua*.

59. Angelo Germanello al Marqués de Mantua¹

Roma, 17 Marzo 1520.

Post scripta è occorso che havendo el papa chiamato Joanpaulo Baglione in Roma et essendo venuto assicurato de lo arcivescovo Ursino et molti altri s^{ri} pur Ursini andando dal papa, el quale se ritrovava in castello, per prestarli obedientia fo retenuto dal governatore de Roma et el barisello a conducto de sopra in castello et clauso in certe stantie; el papa sta da basso; lu dicto arcivescovo et li altri Ursini molto se affatigano per cavarlo; el papa domanda securtà de sexanta milia ducati de bene vivendo; tucta via vadono preparando dicte securtà; miser Angelo da Cese la ha facta per uno per XX milia ducati et molti altri per altre summe et tucti sonno officiali perchè el papa ricerca voler la securtà de tal qualità... Rome XVII marcij MDXX.

Orig. *Archivo Gonzaga de Mantua*.

(1) Cf. arriba, p. 7.